

fauisae, arum. subs. f. pl. **FORMA** fauissae cod., GLOSS 5.22.1.; fabisa Gloss 5.68.6. **ETYM** incognita, uocabulum fortasse ab Etruscis usurpatum^{TL}; nisi cum fouea coniunctum sit^{EM}, ab flare per *flauisae, l contra rationem detracta, uerificatum est NON f.30. [FREQ minima 2^{indicia} 0,13^{/d.c.m.} in 160 GELL] ¶ templi aedes crypticae et subterraneae, quibus ea, quae in usu templi obsolescebant uel pretiosa erant, apothecabantur • sótano de un templo, que era utilizado para almacenar objetos de aquel que ya no estaban en uso o que eran de valor [HYPER cella^a HOL templum] [HYPER aedes templi] 160 GELL 2.10.1-3. Seruius Sulpicius ... scripsit ad M. Varronem rogauitque, ut rescriberet, quid significaret ... 'fauisae Capitolinae'. Varro rescripsit in memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituendi Capitolii dixisset ... id esse cellas quasdam et cisternas, quae in area sub terra essent, ubi reponi solerent signa uetera, quae ex eo templo collapsa essent, et alia quaedam religiosa e donis consecratis. 📖 PAUL FEST 88. Sunt ... qui putant, fauisas esse in Capitolio cellis cisternisque similes, ubi reponi erant solita ea, quae in templo uetustate erant facta inutilia. GLOSS 5.22.1. fauissae specus fossae quaedam in capitolio quae in modum cisternarum cauatae excipiebant dona Iouis siqua uetusta erant hominum. 5.68.6. Fabisa.

apothecatis ibi pretiosis monetisque, fauisae, quod nomen alienum Romanis certe erat, cum *flauisae coniectum est, a flare procedenti; quae thesaurum initio designaretur • por ser guardados allí objetos de valor y monedas, fauisae, palabra claramente extraña para los romanos, fue puesta en relación con *flauisae, derivado de flare 'fundir metales', por lo que hubiera significado en un principio 'haberes monedados', sinónimo de thesaurus 160 GELL 2.10.3-4. Varro ... Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos 'thesauros' Graeco nomine appellaremus, priscos Latinos 'flauisais' dixisse, quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. Coniectare igitur se detractam esse ex eo uerbo secundam litteram et 'fauisais' esse dictas cellas quasdam et specus, quibus aeditui Capitolii uterentur ad custodiendas res ueteres religiosas. 📖 NON f.30. FLAUISAIS eas dici Varro aestimat, quos Graeci thensauros uocant. ... thensauros Graeco nomine appellaremus, priscos Latinos flauissas dixisse. GLOSS 641.58. Flauisais thensaurus.

at aquarium circa templum fortasse designauisset, uocabulum priscum et religiosum, ideo ad Etruscos spectans • pero también pudo hacer referencia a un depósito de agua junto al templo, con lo cual sería un término antiguo del lenguaje religioso^{EM} y por tanto emparentable con los etruscos 📖 PAUL FEST 88. Fauisae locum sic appellabant, in quo erat aqua inclusa circa templa.